




**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1985**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'institut a microfilmé la meilleure exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- |  |  |
|--|--|
| <input type="checkbox"/> Coloured covers/<br>Couverture de couleur   | <input type="checkbox"/> Coloured pages/<br>Pages de couleur   |
| <input type="checkbox"/> Covers damaged/<br>Couverture endommagée  | <input type="checkbox"/> Pages damaged/<br>Pages endommagées   |
| <input type="checkbox"/> Covers restored and/or laminated/<br>Couverture restaurée et/ou pelliculée  | <input type="checkbox"/> Pages restored and/or laminated/<br>Pages restaurées et/ou pelliculées  |
| <input type="checkbox"/> Cover title missing/<br>La titre de couverture manque   | <input checked="" type="checkbox"/> Pages discoloured, stained or foxed/<br>Pages décolorées, tachetées ou piquées   |
| <input type="checkbox"/> Coloured maps/<br>Cartes géographiques en couleur   | <input type="checkbox"/> Pages detached/<br>Pages détachées  |
| <input type="checkbox"/> Coloured ink (i.e. other than blue or black)/<br>Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)   | <input checked="" type="checkbox"/> Showthrough/<br>Transparence   |
| <input type="checkbox"/> Coloured plates and/or illustrations/<br>Planches et/ou illustrations en couleur  | <input type="checkbox"/> Quality of print varies/<br>Qualité inégale de l'impression   |
| <input checked="" type="checkbox"/> Bound with other material/<br>Relié avec d'autres documents  | <input type="checkbox"/> Includes supplementary material/<br>Comprend du matériel supplémentaire   |
| <input type="checkbox"/> Tight binding may cause shadows or distortion<br>along interior margin/<br>La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la<br>distorsion le long de la marge intérieure   | <input type="checkbox"/> Only edition available/<br>Seule édition disponible   |
| <input type="checkbox"/> Blank leaves added during restoration may<br>appear within the text. Whenever possible, these<br>have been omitted from filming/<br>Il se peut que certaines pages blanches ajoutées<br>lors d'une restauration apparaissent dans le texte,<br>mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont<br>pas été filmées. | <input type="checkbox"/> Pages wholly or partially obscured by errata<br>slips, tissues, etc., have been refilmed to<br>ensure the best possible image/<br>Les pages totalement ou partiellement<br>obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,<br>etc., ont été filmées à nouveau de façon à<br>obtenir la meilleure image possible. |
| <input type="checkbox"/> Additional comments:<br>Commentaires supplémentaires:   |  |

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
					✓						

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon la cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

rata  
o

elure,  
à

32X

at  
ru  
no  
co  
qu

M  
run  
ricu  
I  
cura  
ipso  
ven  
in il  
pore



# DIFFICULTATES,

SEU QUÆSITA PROPOSITA

A R. P. D. D. EPISCOPO QUEBECENSI,

Sacræ Congregationi, de propagandâ fide, & ab eâdem remissa ad Sacram Congregationem Sancti Officii, à quâ maturè omnibus examinatis ac perpensis, fuerunt resoluta, prout infra.

## PRIMA DIFFICULTAS.

**Q**uæritur, utrum baptizare liceat Infidelium, seu Barbarorum liberos, qui rationis usum nondum attigerunt, præsertim parvulos Alkonkinorum, aliorumque Barbarorum, qui licet baptisati, nullum ferè nostræ Religionis actum exercent; sed per nemora continuò vagantur, superstitiones pristinas sequuntur, quorumque liberi, cùm adoleverint, imitatores fiunt?

## RESOLUTIO.

Non licere, si sint filii Infidelium, & in potestate eorum relinquiendi; secluso tamen mortis imminentis periculo.

Licere verò, si sint filii Barbarorum baptisatorum; curandum tamen per Missionarios, ac per ipsosmet ipsorum parentes, ut cum ad annos discretionis pervenerint, à se, vel ab aliis instruuntur, præsertim si in illis Regionibus non prævideatur in promptu suo tempore adfuturos Ministros Evangelicos, qui in hoc pa-

rentum commodè possint supplere defectam.

SECUNDA DIFFICULTAS.

Quæritur num baptisandi sint infusione? cùm enim infantes expavescant, Missionarii quidam solent manum aquâ intinctam fronti eorum applicare, vel spongiâ utuntur?

RESOLUTIO.

Non esse immutandum Ecclesiæ ritum.

TERTIA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum observandæ sint Baptismi Cæremoniæ in illis Missionibus, in quibus nullæ adhuc reperiuntur Ecclesiæ, vel in quibus usus non invaluit adhibendi Unctiones, aliasque Cæremonias Baptismi; an omitti possint?

RESOLUTIO.

Non esse omittendas, imò curandum, ut ubi non invaluit earum usus, introducatur.

QUARTA DIFFICULTAS.

Quæritur quid faciendum incumbat Missionario, qui imprudenter & inconsideratè baptisasset omnes Missionis suæ infantes, quorum patres & matres adhuc infideles essent?

RESOLUTIO.

Teneri per se, vel per alios, quantum fieri potest instruere filios Infidelium imprudenter & inconsideratè baptisatos, cùm ad usum rationis pervenerint, monitis etiam cæteris Missionariis, imò & Episcopo quatenus opus fuerit.

QUINTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum antequam adulto conferatur Ba-

precisima, Minister teneatur ei explicare omnia fidei nos-  
tra Myſteria, præſertim ſi eſt moribundus, quia hoc  
perturbaret mentem illius? An non ſufficeret, ſi mo-  
ribundus præmitteret fore ut, ubi è morbo convaleſ-  
ceret, inſtruendum ſe curet, ut in praxim redigat, quod  
ei præſcriptum fuerit?

RESOLUTIO:

Non ſufficere promiſſionem, ſed Miſſionarium tene-  
ri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non  
ſit, explicare Myſteria fidei, quæ ſunt neceſſaria ne-  
ceſſitate medii; ut ſunt præcipue Myſteria Trinitatis  
& Incarnationis.

SEXTA DIFFICULTAS:

Quæritur an ſit neceſſarium, ut ei explicetur Eu-  
chariſtiæ myſterium?

RESOLUTIO:

Quoad adultos extrâ mortis periculum, per ſe lo-  
quendo teneri, niſi tale in contrarium urgeat moti-  
vum, ut expediens prudenti Miſſionario iudicetur dif-  
latio poſt Baptiſmum.

Quoad moribundum pariter teneri, niſi vel tempus  
non ſuppetat, vel tanta prævideatur in eo animi per-  
turbatio, ut à ſuſceptione Baptiſmi diſtrahere valeat.

SEPTIMA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum Miſſionarius ita teneatur baptiſan-  
dum adultum ad contritionis, ſeu attritionis actum im-  
pellere, ut omiſſo contritionis vel attritionis actu,  
jure illum baptiſare non poſſit, etiam ſi Miſſionarius  
inſtrueret eum, tam ad eliciendum actum amoris Dei,  
quàm actum reſolutionis, ſeu proſiſti non reïterare  
peccata commiſſa: multo facilius eſt Miſſionario, qui  
diſcit linguam Barbarorum, inſtruere Barbaros, ut duos



4  
postremos actus eliciant, quàm primos; difficiliùs enim est facere illos exprimere motivum doloris de peccatis commissis; quia Deo displicent infinitè, & quia infinitè bonus est, & quia peccatum meretur Infernum?

RESOLUTIO.

Teneri Missionarium inducere baptisandum aduleum ad eliciendum actum contritionis, vel attritionis.

OCTAVA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum conferendum sit Viaticum, aut Extrema Unctio moribundis adultis, quos Baptismi aliquandò capaces credimus, non autem Communionis, aliorumque Sacramentorum?

RESOLUTIO.

Non esse administrandum Viaticum Neophyto moribundo, nisi saltem discernat cibum spirituales à corporali, cognoscendo, & credendo in Sacram Hostiâ præsentiam Christi Domini.

Non esse pariter conferendum Sacramentum Extremæ Unctionis Neophyto moribundo, quem Missionarius capacem Baptismi credidit, nisi saltem idem habeat aliquam intentionem recipiendi sacram Unctionem in beneficium animæ pro mortis tempore ordinatam.

NONA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum baptisari possit Barbarus adultus morti proximus, qui plures secum habens mulieres, pollicetur se non nisi unam servaturum, si pristinae sanitati restituatur; sed qui non vult dimittere alias; anteneantur Missionarius compellere & insistere, ut Barbarus dicat, quam ex omnibus foeminam electurus sit in conjugem? vel utrum sufficiat Barbarum promittere se non nisi unam habiturum?

RESOLUTIO:

Non licere, si ex illis mulieribus una sit uxor legitima, & cœteræ concubinæ, nisi prius ejectis concubinis.

Si verò habuerit omnes tanquam legitimas uxores, pariter non licere, nisi ejectis omnibus, præter primam, si cum eâ validè contraxit, & velit secum cohabitare absque Creatoris injuriâ.

Si tandem, vel omnes simul, & unico actu acceperit in uxores, vel omnes habeat ut concubinas, non licere, nisi ejectis omnibus antè susceptionem Baptismi.

DECIMA DIFFICULTAS.

Quæritur an possit baptisari Barbarus adyltus, qui permittit, imò qui desiderat, ut Medici, & parentes adhibeant certas Cœremonias superstitiosas ad sanitatem procurandam, quæ ad minimum vanæ sunt & inutiles, sed adhuc ignoratur utrum absolute sint contra Religionem Catholicam? Quæritur autem num Missionarius illum baptisare possit antequam certò sciat quid significant tales Cœremonix, & cui dirigantur?

RESOLUTIO.

Stante certitudine, quod Cœremonix illæ ad minimum sint vanæ & inutiles, & sub dubio, an sint contra Religionem Christianam, non licere.

UNDECIMA DIFFICULTAS.

Quæritur an Missionarius possit conferre Baptisma, aliaque Sacramenta infirmo Barbaro, cui explicata sunt Religionis mysteria, qui pollicitus est se observaturum, nisi hoc tantum motivo, scilicet quod nolit ei contradicere?

Multæ ipsi supersunt rationes dubitandi nam moribundus sit benè instructus, quia Missionarius linguæ

Barbaræ rudis ferè , atque imperitus , non potuit nisi obiter explicare Mystera sublimia excedentia captum Barbarorum ; & quamvis moribundus affirmet , se omnia capere , exteriora tamen & exiguitas devotionis persuadent id moribundum dicere ex complacentiâ , ita ut si alius ad eum accederet , qui diceret , quod omnia quæ dicta sunt ei , nihil sint , nisi meræ fabulæ , etiam sunt fabulæ , responderet Barbarus complacendi gratiâ.

Hoc autem oriri potest ex duobus principiis. Primum quia non capit quæ ei dicuntur. Secundum , ex animi levitate , ita ut eo ipso momento , quo dicit , credo & faciam , credat reverà & exequi velit , sed minimâ ratione contrariâ , sententiam mutabit ; quod tamen constat , quod Barbarus nollet uri in Inferno , & sic affirmatio ejus possit esse vera , & ex intimo cordis.

Difficultas est , utrum credat esse unum Deum , & utrum credat esse Infernum , an verò audiat , quæ dicta sunt ei , tanquam historiam sibi narratam , quæ vera & falsa esse potest.

#### RESOLUTIO.

Non licere , si Missionarius sit moraliter certus , prout in dubio asseritur , Barbarum infirmum non sufficienter juxta proprii captus mensuram intellexisse Mystera Christianæ Religionis , aut ea sufficienter non credere , & ex solo motivo non contradicendi promittere se servaturum mandata ejusdem Religionis.

Si verò Missionarius prudenter eredit , infirmum Barbarum , quando dicit ( *credo , & faciam* ) reverà tunc sufficienter credere , seriòque promittere se servaturum , ut supra , debere baptisari.

Si autem de prædictis Missionarius dubitet , & tempus non suppetat illum melius instruendi , vel moribundus incapax omninò habeatur , immineatque periculum mortis , ac dubitet de intentione Barbari moribun-

7  
di, idem ab ipso baptisetur sub conditione, dummodo sit capax Baptismi.

#### DUODECIMA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum Missionarius, cui Missio difficilis multum foret propter magnam Regionis amplitudinem, posset dividere, & assignare tempus, quo visitaret, seu percurreret unumquemque locum, verbi gratia, singulis mensibus, & extrâ tempus visitationis secum statueret non ire, & non visitare quemquam, tam propter experientiam quotidianam, quod Barbari vocant Missionarium pro minimâ infirmitate, quàm ista ratione, scilicet quia tantus labor debilitaret Missionarium, & vires ejus excederet; sed si interdum morerentur infantes, vel adulti? quæritur utrum Missionarius peccaret mortaliter, vel venialiter?

#### RESOLUTIO.

Non licere Missionario sine gravi culpâ dividere loca suæ Missionis, secum statuendo non ire extrâ locum sibi præfixum, sed teneri facere quantum in se est, & quantum moraliter potest, ne infantes, ac adulti totius Regionis sibi commissæ decedant sine Sacramentis absolute necessariis.

#### DECIMA-TERTIA DIFFICULTAS.

Quæritur an possit baptisari adultus rudis, & stupidus, ut contingit in Barbaro, si ei detur sola Dei cognitio, & aliquorum ejus attributorum, præsertim justitiæ remunerativæ & vindicativæ, juxta hunc Apostoli locum, *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator est*: ex quo infertur adultum Barbarum in certo casu necessitatis urgentis posse baptisari, quamvis non credat explicitè in Jesum Christum?

## RESOLUTIO.

In casu proposito Missionarium, non posse baptizare non credentem explicitè in Dominum Jesum Christum, sed teneri ipsum instruere de omnibus iis, quæ sunt necessaria necessitate medii juxta captum baptisandi.

## DECIMA-QUARTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum Missionarius teneatur Barbaris adultis baptisatis, aut baptisandis omnia præcepta Legis positivæ Divinæ intimare, præsertim ea omnia, quibus se se submittere difficultatem habent, ut ejusmodi Barbari securitate conscientiæ fruantur, licet ea præcepta non observent, quæ ignorant, nitentes hoc juris axiomate, *Lex non obligat, nisi fuerit promulgata?*

## RESOLUTIO.

Teneri omnia præcepta Legis positivæ Divinæ intimare.

## DECIMA-QUINTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum fœminæ Christianæ, quæ inter Barbaros nostros multò plures sunt, quàm mares, cum non inveniunt maritum Christianum, possint cum Infidelibus matrimonia contrahere, ut fecisse olim perhibetur Sancta Cæcilia, & Sancta Monica, & in Galliâ nostrâ Catholici olim cum Calvinistis, præsertim cum inter Barbaros nostros non tantus sit perversionis timor, si dispensatio posset esse generalis, & à quo petenda sit?

## RESOLUTIO.

Non posse, nisi præviâ dispensatione Sedis Apostolicæ, in casibus particularibus petenda.

## DECIMA-SEXTA DIFFICULTAS.

Quæritur cum inter Barbaros nostros de indissolubi-

litate Matrimonii altum fuerit silentium, utrum si foemina Christiana post Baptismum viro Infideli nupserit ex dispensatione, contractu tantum civili alligata, nulla Sacramenti Solemnitate intercedente, si deinde lapsu temporis discedat vir Infidelis à Fideli conjuge, licet ne Fideli etiam discedere, & ad ulteriores nuptias progredi?

RESOLUTIO.

Non licere, & de indissolubilitate Matrimonii etiam in hoc casu teneri Missionarios, eos instruere priusquam Matrimonia contrahant.

DECIMA-SEPTIMA DIFFICULTAS.

Queritur utrum inter Barbaros nostros Christianos Ecclesiae filios adhuc informes, Christianus & Christiana liberè possint nubere & cohabitare, bonis thori, & prolis gaudere, sine Solemnitatibus in Sacro Concilio Tridentino praescriptis, sine Benedictione, & praesentia Parochi, contractu civili conjuncti, mutuo consensu dissolubili ad tempus, donec se mutuo probavissent, sufficienterque intercederet inter ipsos morum, animorumque sympathia, ut possent in posterum individuum vitae societatem inire, eamque tunc firmare, & veluti consecrare per Benedictionem solemnem Sacramenti Matrimonii, cum post diurnam conversationem, aetatis maturitatem, & fortè susceptam prolem nullus de ipsorum concordia relictus sit dubitandi locus? sin minus hoc non liceat, teneanturque baptisandi omnes istas leges adimplere, cum antè maturam aetatem, & continentiae pariter & constantiae conjugalium parum videantur esse capaces Barbari, sive viri, sive mulieres, parum etiam Baptismi videntur esse capaces ante probatum per multos annos Matrimonium?

RESOLUTIO.

Non licere.

## DECIMA-OCTAVA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum liceat Sacerdotibus Missionariis propter imbecilitatem animi Barbarorum, dum ipsi Myſteria fidei, Legesque Christianas exponunt, præceptum de indissolubilitate Matrimonii reticere? vel utrum eos, qui nollent illud observare à Baptismo, vel si baptisati à cæterorum Sacramentorum perceptione remove teneantur?

## RESOLUTIO.

Non licere pariter præceptum de indissolubilitate Matrimonii reticere; nolentes autem illud observare, non esse baptisandos; baptisatos autem, ad cætera Sacramenta non esse admittendos.

## DECIMA-NONA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum si fœmina ad fidem conversa, & baptisata velit nubere, & hoc necesse habeat, quia se continere non potest; vir autem cui nubat, non reperitur nisi Infidelis; utrum, inquam, ad eos Sacramento Matrimonii conjungendos debeat vir Infidelis baptisari, etiam si sit aliqua ratio timendi, ne postea in apostasiam labatur, & uxorem deserat?

## RESOLUTIO.

Non licere, nisi Missionarius prudenter judicet Infidelem habere veram intentionem suscipiendi Baptisum, seriumque animum in fide susceptâ perseverandi.

## VIGESIMA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum fœmina Christiana more Barbarorum Infideli maritata, debeat illa semper remanere cum suo viro Infideli, & an prohibenda sit ne illum deserat?

Quomodo se gerendum erga eos cum ad aliquam

Missionem veniunt in eâ mansuri, an simul relinquendi,  
an separandi?

RESOLUTIO.

Si Matrimonium illud validè contractum fuerit in  
Infidelitatis statu, consulendam mulierem, ne deserat  
proprium virum, quamvis Infidelem, si hic velit cum  
illâ cohabitare absque contumeliâ Creatoris.

Si verò Matrimonium fuerit contractum post Baptis-  
mum, & sine dispensatione, esse separandos.

VIGESIMA-PRIMA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum Barbaris danda sit dispensatio gene-  
ralis à Proclamationibus?

RESOLUTIO.

Negativè.

VIGESIMA-SECUNDA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum Barbaris danda sit dispensatio gene-  
ralis de omnibus impedimentis dirimentibus, quæ inter  
eos reperiri possunt, & de quibus non sit dispensandum?

RESOLUTIO.

Negativè, & in Casibus particularibus, qui in fa-  
cultatibus Missionariis concedi solitis, non compre-  
henduntur, recurrendum esse ad Apostolicam Sedem.

VIGESIMA-TERTIA DIFFICULTAS.

Quæritur quomodo se gerere debeat Missionarius  
erga mulieres nolentes reddere debitum, vel quia gra-  
vidæ sunt, vel quia lactant filios suos, quia si concipe-  
rent, non possent eos amplius nutrire, nec per se, nec  
per alios, & sic morerentur pueri?

RESOLUTIO.

In Casibus similibus Missionarii consulant Scriptores  
Theologos de materiâ tractantes.



## VIGESIMA-QUARTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum instruendi sint Barbari de præcepto  
Communions Eucharisticæ, & ad eam obligandi?

## RESOLUTIO.

Instruendos Barbaros, & obligandos.

## VIGESIMA-QUINTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum iis concedenda sit dispensatio gene-  
ralis ab observantiâ Quadragesimali; nec non ab abs-  
tinentiâ Feriæ Sextæ, & Sabbati?

## RESOLUTIO.

Non esse concedendam.

## VIGESIMA-SEXTA DIFFICULTAS.

Quæritur utrum celebrari possit Missæ Sacrificium in  
Partibus longinquis, ita ut nec guttula vini in utrâque  
ablutione recipiatur? & utrum de hoc Episcopus dis-  
pensare possit; vel ad Apostolicam Sedem sit recur-  
rendum?

## RESOLUTIO.

Citra maximam vini penuriam servandas esse pro  
viribus Rubricas Missalis Romani; præsertim in puri-  
ficatione, seu primâ ablutione.

*Datum Romæ anno Domini millesimo septingentesimo  
tertio, die primâ Augusti.*

LAURENTIUS Archiepiscopus.

L T A S.

e præcepto  
igandi?

L T A S.

nsatio gene-  
non ab abf.

L T A S.

crificium in  
in utrâque  
iscopus dis-  
a sit recur-

as esse pro  
im in puri-

*tingentesimo*

episcopus.

